

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fama p  
cum fonte primo

Male autem de te opinantur homines sed mali.  
Mouerer si de me Marius, si Cato,  
si Lelius sapiens, si alter Cato,  
si Scipiones duo ista loquerentur.

Mouerer si hoc iudicio facerent: nunc morbo faciunt.

Seneca de remediis fortuitorum.

„Male de te opinantur homines.“ Sed mali.  
mouerer, si de me Marcus [Cicero, si] Cato,  
si Laelius sapiens, si alter Cato,  
si Scipiones duo ista loquerentur:

nunc malis displicere laudari est.

Non potest ullam auctoritatem habere sententia,  
ubi qui damnandus est, damnat.

„Male de te loquuntur.“

Mouerer, si hoc iudicio facerent: nunc morbo faciunt.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 7.1-2  
(F. Haase ed., p.450).